


JULIA'S 歌




M. BONTE
34, Avenue Duquesne
75 - PARIS (VII^e)

IUBILATE DEO

IUBILATE DEO

CANTUS GREGORIANI FACILIORES
QUOS FIDELES DISCANT OPORTET
AD MENTEM CONSTITUTIONIS
CONCILII VATICANI II
DE SACRA LITURGIA



TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
MCMLXXIV

Unitatis vinculum...

Concilium Ecumenicum Vaticanum II, in Constitutione de sacra Liturgia, ad adhortationem factam, ut linguæ vernaculæ in celebrationibus liturgicis congruum obtineant locum, hoc monitum addit: «Provideatur tamen ut christifideles etiam lingua latina partes Ordinarii Missæ, quæ ad ipsos spectant, possint simul dicere vel cantare». ¹

Hac mente et ratione ductus, Summus Pontifex PAULUS VI pluries recentioribus temporibus ² desiderium patefecit, ut cantus gregorianus eucharisticas populi Dei celebrationes iucundo suo modulamine comitaretur easdem valenter fovere, utque fidelium voces cantibus sive gregorianis sive lingua vernacula resonarent.

Optatis Summi Pontificis præsens opusculum respondet. In eo quædam simpliciores colliguntur melodiae, quæ fidelibus – præsertim occasio-

¹ Conc. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 54.

² Die 22 augusti 1973, in audientia generali; die 12 octobris 1973, ad Consociationem Internationalem Musicæ Sacræ (CIMS); confer etiam Epistulam Card. Ioannis Villot, Secretarii Status, ad conventum Associationis Italicae Sanctæ Cæciliæ, in civitate Ianuensi diebus 26 - 30 septembris 1973 habitum, in *L'Osservatore Romano*, 27 Septembris 1973.

ne oblata Anni Sacri – una simul concinendæ erunt.

Itaque cantus gregorianus vinculum manebit, quod tot populos unam omnino gentem efficiat in nomine Christi uno corde, una mente, una voce, congregatam. Etenim motus ad unitatem, concordia vocum in varietate sermonum, rhythmorum, modulorum signatus, mirifice varium concentum unius Ecclesiæ manifestat: «Magnum plane unitatis vinculum – clamat Ambrosius – in unum chorum totius numerum plebis coire! Dispares citharæ nervi sunt, sed una symphonia. In paucissimis chordis sæpe errant digitæ artificis, sed in populo Spiritus artifex nescit errare»³.

Faxit Deus, ut commune votum feliciter ad effectum deducatur et his suavibus piisque concentibus in universo terrarum orbe cor precantis Ecclesiæ lætanter altiusque consonet.

*Die 14 aprilis 1974
Dominica Paschæ in Resurrectione Domini.*

³ S. Ambrosius, *Explanationes psalmorum*, in ps. 1, 9: PL 14, 925.

I


CANTUS MISSÆ

AD RITUS INITIALES

ed. Vat. XVI



K ý-ri- e, e-lé- i-son. ij. Christe, e-lé-




i-son. ij. Ký-ri- e, e-lé- i-son. Ký-ri- e, e-



lé- i-son.


ed. Vat. VIII



G ló-ri- a in excél-sis De- o. Et in ter-



ra pax homíni-bus bonæ voluntá-tis. Lau-




dá- mus te. Bene-dí-cimus te. Adorá-

mus te. Glori- fi-cámus te. Grá-ti- as ágimus
 ti-bi propter magnam gló-ri- am tu- am. Dó-
 mine De- us, Rex cæ-léstis, De- us Pa-ter om-
 ní- po- tens. Dómine Fi- li uni-géni- te, Ie-su
 Christe. Dómine De- us, Agnus De- i, Fí- li-
 us Pa- tris. Qui tollis peccáta mun- di, mi-
 se-ré- re nobis. Qui tollis peccáta mundi,

súscipe depre-ca-ti- ónem no- stram. Qui se-
 des ad déxte-ram Patris, mi- seré-re nobis.
 Quóni- am tu solus Sanctus. Tu so-lus Dómi-
 nus. Tu solus Al-tíssimus, Iesu Christe.
 Cum Sancto Spí-ri- tu, in gló-ri- a De- i
 Pa- tris. A- men.


AD LITURGIAM VERBI

Post lectionem I:




Verbum Dómi-ni. R. De-o grá-ti-as.

Post lectionem II vel unicam ante evangelium:




Verbum Dómi-ni. R. De-o grá-ti-as.

Alleluia:




R. Alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Vel:




R. Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.


Ante evangelium:



Dómi-nus vobíscum. R. Et cum spíri-tu tu-o.




Lécti-o sancti Evangé-li-i secúndum N...



R. Gló-ri-a tibi, Dómine.


Post evangelium:




Verbum Dómini. R. Laus tibi, Christe.

CREDO


ed. Vat. III



C redō in unum De- um, Patrem om-



ni-poténtem factórem cæ-li et terræ, vi-sibi-



li- um ómni- um et invi- si-bí- li- um. Et

in unum Dóminum Iesum Christum, Fí-li-
um De-i uni-gé-ni-tum. Et ex Patre na-
tum ante ómni-a sáe- cu-la. De- um de
De-o, lumen de lúmine, De- um verum de
De-o vero. Géni- tum, non fac- tum, consub-
stanti- á-lem Patri: per quem ómni- a facta
sunt. Qui propter nos hómines et propter no-


stram sa-lútem descéndit de cæ- lis. Et in-
carná-tus est de Spí-ri-tu Sancto ex Ma-rí- a
Vírgi-ne, et homo factus est. Cru-ci- fí- xus
é- ti- am pro nobis sub Pónti- o Pi-lá-to,
passus et sepúl- tus est. Et resurré- xit térti-
a di- e, secúndum Scriptú- ras. Et ascén-
dit in cæ- lum, sedet ad déxtera m Pa- tris.

Et í-te-rum ventúrus est cum gló-ri- a, iu-
dicá-re vivos et mórtu-os, cu-ius regni non
e-rit fi-nis. Et in Spí- ri-tum Sanctum, Dó-
minum et vi-vi-fi-cántem: qui ex Patre Fi-li-
óque pro-cédit. Qui cum Patre et Fi-li-o
simul adorá-tur et conglo-ri-ficá-tur: qui lo-
cú-tus est per prophé-tas. Et unam, sanctam,

cathó-li-cam et apostó-li-cam Ecclé-si-am.
Confí-te-or unum baptísma in remissi- ó-
nem peccató-rum. Et exspécto resurrecti- ó-
nem mortu- ó-rum. Et vi- tam ventúri sá-
cu-li. A- men.

Ad orationem universalem, post unamquamque intentionem:

... † exaudí-re digné- ris.




R. Te rogámus, audi nos.

AD PRECEM EUCHARISTICAM

Ante præfationem:




Dóminus vobís-cum.



R. Et cum spí-ri-tu tu- o.



V. Sursum corda. R. Habémus ad Dóminum.



V. Grá- ti- as agámus Dómi-no De- o nostro.




R. Dignum et iustum est.

ed. Vat. XVIII


S anctus, * Sanctus, Sanctus Dóminus De-




us Sába- oth. Pleni sunt cæ-li et terra gló-



ri- a tu- a. Hosánnna in excélsis. Benedíctus




qui ve-nit in nómi-ne Dómini. Ho-sánnna in



excélsis.

Acclamatio post consecrationem:



Mysté-ri- um fíde- i. *vel* Mysté-ri- um fí- de- i.

R. Mortem tu- am annunti- ámus, Dómi-ne, et
tu- am re-surrecti- ónem confi-témur, do-nec
vé-ni- as.

Post doxologiam:

... per ómni- a sácu-la sácu-ló-rum. R. Amen.

AD RITUS COMMUNIONIS

Oratio dominica

Præceptis sa-lu-tá-ribus móni- ti, et di-vína
insti- tu-ti- óne formá-ti, audémus dí-ce-re:

P a-ter noster, qui es in cæ-lis: sancti- fi-
cé- tur nomen tu- um; advéni- at regnum tu-
um; fi- at vo-lúntas tu- a, sic-ut in cæ-lo, et
in terra. Panem nostrum coti-di- ánum da
nobis hódi- e; et dimítte nobis débi- ta no-
stra, sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus
nostris; et ne nos indúcas in tenta-ti- ó-nem;




sed líbe-ra nos a ma-lo.

Acclamatio post Libera nos:



... et advéntum Salva-tó-ris nostri Iesu



Chri- sti.




R. Qui-a tu- um est regnum, et potéstas, et



gló-ri- a in sáecu-la.

Ad pacem:



...Qui vivis et regnas in sáecu-la sáecu-ló-rum.



R. Amen.




Pax Dómini sit semper vobís-cum. R. Et cum




spí-ri-tu tu- o.


ed. Vat. XVIII



Agnus De-i, * qui tollis peccáta mundi:



mi-se-ré-re no-bis. ij. Agnus De-i, * qui tollis



peccáta mundi: dona nobis pa-cem.

AD RITUS CONCLUSIONIS


Ad dimittendum populum post benedictionem:



I-te, mis- sa est.

R. De- o grá- ti- as.

Dominica Resurrectionis, infra octavam Paschæ
necnon dominica Pentecostes:



I-te, missa est, alle-lú-ia, alle- lú- ia.

R. De- o grá- ti- as, alle-lú-ia, alle- lú- ia.

II

CANTUS VARII

O SALUTARIS

8

O sa- lu- tā- ris hósti- a,* Quæ cæ- li

pandis ó-sti- um, Bella premunt hostí- li- a:

Da ro-bur, fer auxí- li- um. Uni tri- nō-

que Dómino Sit sempi-térrna gló- ri- a, Qui

vi-tam sine térm̄ino No-bis donet in pá-

tri- a. Amen.

ADORO TE

A -dóro te devó-te, la-tens Dé-i-tas, *

quæ sub his figú-ris ve-re lá-ti-tas: ti-bi se

cor me-um to-tum súbi-cit, qui-a te contém-

plans totum dé-fi-cit. 2 Vi-sus, tactus, gustus...

Nulla fit pausa in quarto versu stropharum 2 et 6.

2 Visus, tactus, gustus in te fállitur;
sed audítu solo tuto créditur.

Credo quidquid dixit Dei Fílius:
nil hoc verbo veritátis vérius.

3 In cruce latébat sola Déitas;
at hic latet simul et humánitas.
Ambo tamen credens atque cónfitens
peto quod petívit latro pénitens.

- 4 Plagas, sicut Thomas, non intúeor;
Deum tamen meum te confíteor.
Fac me tibi semper magis crédere,
in te spem habére, te dilígere.
- 5 O memoriále mortis Dómini,
Panis vivus vitam præstans hómini,
præsta meæ menti de te vívere,
et te illi semper dulce sápere.
- 6 Pie pelicáne, Iesu Dómine,
me immúndum munda tuo ságuine,
cuius una stilla salvum fáceré
totum mundum quit ab omni scélere.
- 7 Iesu, quem velátum nunc aspício,
oro fiat illud quod tam sítio:
ut, te reveláta cernens fácie,
visu sim beátus tuæ glóriæ. Amen.

TANTUM ERGO

3

T antum ergo sacraméntum * Vene-rémur
 cénu- i, Et antíquum documéntum Novo
 cedat rí-tu- i; Præstet fides suppléméntum Sén-
 su- um de- féctu- i. Ge-ni-tó-ri Geni- tóque
 Laus et iubi-lá-ti- o, Sa-lus, honor, virtus
 quoque Sit et bene-dícti- o; Procedénti ab u-
 tróque Compar sit laudá- ti- o. A-men.

Psalmus 116

LAUDATE

6

L audá-te Dóminum, omnes gen- tes, * col-
 laudáte e- um, omnes pópu-li. V. 2 Quóni- am.

- 2 Quóniam confirmáta est super nos misericór-
 dia eius, * et véritas Dómini manet *in ætér-*
num.
- 3 Glória Patri, *et Fílio, * et Spirítui Sancto.*
- 4 Sicut erat in princípio, et nunc *et semper, **
et in sǽculórum. Amen.

PARCE DOMINE

Parce, Dómine, * parce pópu-lo tu-o,
ne in æténum i-rascá-ris no-bis.

DA PACEM

Da pa-cem, Dómi-ne, * in di-é-bus no-
stris, qui- a non est á-li- us qui pugnet
pro nobis, ni- si tu De- us noster.

UBI CARITAS

U- bi cá-ri- tas est ve-ra, De- us i-bi est.

- V. Congregávit nos in unum Christi amor.
V. Exsultémus et in ipso iucundémur.
V. Timeámus et amémus Deum vivum.
V. Et ex corde diligámus nos sincéro.

Ant. Ubi cáritas est vera, Deus ibi est.

- V. Simul ergo cum in unum congregámur:
V. Ne nos mente dividámur, caveámus.
V. Cessent iúrgia maligna, cessent lites.
V. Et in médio nostri sit Christus Deus.

Ant. Ubi cáritas est vera, Deus ibi est.

- V. Simul quoque cum beátis videámus
V. Gloriánter vultum tuum, Christe Deus:
V. Gáudium, quod est imménsum atque probum,
V. Sácula per infiníta sæculórum.

VENI CREATOR

8

V e-ni, cre- á-tor Spí-ri-tus, * mentes tu-
órum ví-si-ta, imple su-pérrna grá- ti- a,
quæ tu cre- ásti, pécto-ra.

2 Qui díceris Paráclitus,
altíssimi donum Dei,
fons vivus, ignis, cáritas
et spiritális únctio.

3 Tu septifórmis múnere,
dígitus patérnæ déxteræ,
tu rite promíssum Patris
sermóne ditans gúttura.

4 Accénde lumen sénsibus,
infúnde amórem córdibus,
infírma nostri córporis
virtúte firmans pérfici.

5 Hostem repéllas lóngius
pacémque dones prótinus;
ductóre sic te prævio
vitémus omne nójum.

6 Per te sciámus da Patrem
noscámus atque Fílium,
teque utriúsque Spíritum
credámus omni témpore.
Amen.

V. Emítte Spíritum tuum et creabúntur.
R. Et renovábis fáciem terræ.

Orémus.

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustra-
tiónē docuísti, † da nobis in eódem Spíritu recta
sápere, * et de eius semper consolatióne gaudére.
Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

REGINA CÆLI

6

R e-gína cæ- li, * læ-tá-re, alle-lú- ia,
 Qui-a quem me-ru- ísti portá-re, alle-lú- ia,
 Re-surréxit sic-ut dixit, alle-lú- ia; O-ra pro
 no- bis De- um, alle-lú- ia.

SALVE REGINA

5

S alve, Regí-na, * mater mi-se-ri-córdi- æ;
 vi-ta, dulcé- do et spes nostra, salve. Ad

te clamámus, éxsules fí- li- i Evæ. Ad
 te suspi-rámus, geméntes et flentes in hac
 lacrimá-rum valle. E-ia ergo, advocáta
 nostra, illos tu- os mi- se- ri-córdes ócu- los ad
 nos convér-te. Et Iesum, bene-dictum fruc-
 tum ventris tu- i, nobis post hoc exsí- li- um
 osténde. O cle- mens, o pi- a,

o dulcis Virgo Marí- a.
AVE MARIS STELLA
 A -ve, ma-ris stella, * De- i ma-ter al-
 ma atque semper virgo, fe- lix cæ-li
 porta. 2. Sumens illud Ave Gabri- é-lis
 o- re, funda nos in pace, mutans Evæ
 nomen. 3. Solve vincla re- is, pro-fer lumen
 cæ-cis, ma-la nostra pelle, bona cuncta

posce. 4. Monstra te esse matrem, sumat
 per te pre-ces qui pro nobis natus tu-lit
 esse tu-us. 5. Virgo singulá- ris, inter
 omnes mi- tis, nos culpis solú-tos, mi- tes
 fac et castos. 6. Vi-tam præsta puram, i-
 ter para tu- tum, ut vidéntes Iesum, sem-
 per collætémur. 7. Sit laus De-o Patri,

summo Christo de-cus, Spirí- tu- i Sancto,
tribus honor unus. A-men.

MAGNIFICAT

M -agní- fi-cat * ánima me- a Dóminus.
¶. 2 Et exsultávit spí-ri- tus me- us * in De- o
sa-lu-tá-ri me- o. ¶. 3 Qui-a respéxit.

- 3 Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ, * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.
- 4 Quia fecit mihi magna, qui potens est, * et sanctum nomen eius.

- 5 Et misericórdia eius a progénie in *progénies* * timéntibus eum.
- 6 Fecit poténtiam in brácchio suo, * dispérsit supérbos mente *cordis* sui.
- 7 Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit hú-miles.
- 8 Esuriéntes implévit bonis, * et dívites dimísit inánes.
- 9 Suscépit Israel, púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.
- 10 Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham et sémini eius in sǽcula.
- 11 Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.
- 12 Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sǽcula sǽculórum. Amen.

TU ES PETRUS

T u es Petrus, * et super hanc petram
ædi- fi-cábo Ecclé-si- am me- am.

HYMNUS TE DEUM

3

T e De-um laudámus: * te Dóminus con-
fi-témur. Te æténum Patrem, omnis terra
vene-rá-tur. Ti-bi omnes ánge-li, ti-bi cæ-
li et uni-vérsæ potestá-tes: Ti-bi chérubim
et séraphim incessá-bi-li voce proclámant:
Sanctus: Sanctus: Sanctus Dóminus De-
us Sába- oth. Pleni sunt cæ-li et terra ma-

iestá-tis gló-ri-æ tu-æ. Te glo-ri-ó-sus A-
posto-lórum chorus. Te prophe-tárum laudá-
bi-lis núme-rus. Te mártyrum candidátus
laudat ex-érci-tus. Te per orbem terrárum
sancta confi-té-tur Ecclé-si-a: Pa-trem im-
ménsæ ma-iestá-tis; Vene-rándum tu-um ve-
rum et úni-cum Fí-li-um; Sanctum quoque

Pa-rácli-tum Spí-ri- tum. Tu rex gló-ri- æ,
 Christe. Tu Patris sempi-térnus es Fí- li- us.
 Tu, ad libe-rándum susceptúrus hómi-nem,
 non horru- ísti Vírgi-nis ú-te- rum. Tu, devíc-
 to mortis acú-le- o, a-peru- ísti credéntibus
 regna cæ-lórum. Tu ad déxteram De- i se-
 des in gló-ri- a Patris. Iudex cré-deris

esse ventúrus. Te ergo quásumus, tu- is
 fámu-lis súbveni, quos pre-ti- ó-so sánguine
 redemísti. Ætérna fac cum sanctis tu- is
 in gló-ri- a numerá- ri.

Hæc ultima pars hymni ad libitum omitti potest:

Salvum fac pópu-lum tu- um, Dómine, et
 bé-nedic he-re-di- tá-ti tu- æ. Et re- ge e-

os, et extól-le il-los usque in æ-tér-num.
Per síngulos di-es, bene-dí-cimus te; Et
laudámus nomen tu-um in sáculum, et in
sæ-culum sácu-li. Digná-re, Dómine, di-e
isto sine peccá-to nos custodí-re. Mi-se-
ré-re nostri, Dómi-ne, mi-se-rére nostri. Fi-
at mi-se-ri-córdi-a tu-a, Dómine, super nos

quemádmodum sperá-vimus in te. In te,
Dómi-ne, spe-rá- vi: non confúndar in æ-
té- num.

V. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu.

R. Laudémus et superexaltémus eum in sácula.

V. Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cæli.

R. Et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sácula.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus.

Deus, cuius misericórdiæ non est númerus et bonitatis infinítus est thesáurus, † piíssimæ maiestati tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam

semper cleméntiam exorántes, * ut qui peténtibus
postuláta concédis, eósdem non déserens, ad præ-
mia fútúra dispónas. Per Christum Dóminum
nostrum. R. Amen.

INDICES

INDEX ALPHABETICUS

Adoro te . . .	28	Oratio dominica .	20
Agnus Dei XVIII	23	Oratio universalis	17
Alleluia . . .	12	Parce, Domine	32
Ave maris stella .	38	Pater noster	21
Credo III . . .	13	Pax Domini	23
Da pacem . . .	32	Præfatio . . .	18
Dominus vobiscum	12	Quia tuum est	22
Gloria VIII . . .	9	Regina cæli	36
Ite, missa est . .	24	Salve, Regina	36
Kyrie XVI . . .	9	Sanctus XVIII	19
Laudate . . .	31	Tantum ergo	30
Laus tibi, Christe	13	Te Deum	42
Magnificat . . .	40	Tu es Petrus	41
Mysterium fidei .	19	Ubi caritas . . .	33
O salutaris . . .	27	Veni Creator	34
		Verbum Domini	12

INDEX

I. CANTUS MISSÆ

Ad ritus initiales	9
Ad liturgiam verbi	12
Ad Precem eucharisticam	18
Ad ritus communionis	20
Ad ritus conclusionis	24

II. CANTUS VARII	25
----------------------------	----